604 # Sabbatho post Festum Sancti Mathiae Apostoli proximo, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo

27/II

Strusowa Abrenuntiat.

Comparens personaliter coram officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosa Helisabeth de Kredzielsko, olim Generosi Georgij de eadem Kredzielsko Madalinski Pocillatoris Velunensis cum olim Generosa Agnete de Dubaniowice Conthorale eius legitima procreata Filia Generosi vero Michaelis Pauli de Strusy Strus Pocillatoris Velunensis Consortis legitima, cum eiusdem Supposito Generosi mariti sui, Viri Tutoris Conjugalis personali authoritate
1001 et assistentia, atque Ultronea ad infrascripta recognoscendum consentiens: Sana mente et corpore existens, a terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis aliis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni, quoad ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque Subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia sibi de Bonis paternis et maternis, idque respectu Dotis et Expeditionis se Agnoscens ratione bonorum paternorum et maternorum Spectantibus, per manus Generosi Alexandri de Kredzielsko Madalinski Fratris sui germani Satisfactum est, ea itaque mediante Satisfactione, in manus eiusdem Fratris sui abdicat et abrenuntiat. Itaque sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et Singula mediante.